MASTER NEGATIVE NO. 92-80540-18

AUTHOR:

ROST, VALENTIN C. F.

TITLE:

DE FORMULIS HO TI PATHEON ET HO TI...

PLACE:

GOTHA

DATE:

1847

Master Negative #

92-80540-18

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record


Rost, Valentin Christiun Friedrich, 1790-1862.
...De formulis ὅ τι παθών et ὅ τι μαθών accurate scribendis atque explicandis, von Dr. Rost.. Gotha, 1847.
10 p. 26 cm.

Programm des Gymnasii illustris zu Gotha...

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA


FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 13x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 4-7-92 INITIALS ER
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT








AIIM


Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202











MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Programm

des

Gymnasii illustris zu Gotha

als

Einladung zur Theilnahme

an den am 22., 23., 24. u. 25. März zu veranstaltenden Prüfungen

sämmtlicher Gymnasialclassen.

Inhalt:

1) *De formulis ὅ τι παθών et ὅ τι μαθών accurate scribendis atque explicandis* von *Dr.* **Rost.**
2) *Lehrplan.*

Gotha, 1847.
Druck der Engelhard-Reyherschen Hofbuchdruckerei.

De formulis *ὅ τι παθών* et *ὅ τι μαθών* accurate scribendis atque explicandis.

Permirum sane accidit, ut libelli, quales tralaticio instituto praemitti solent scholarum indicibus in gymnasiis quotannis habendarum, ex nostro gymnasio aut nulli prodirent aut paucissimi illi, quibus vel ad singularia scholae sollemnia celebranda magistri invitarent vel principibus et patronis res laetas faustasque gratularentur. Quae negligentia quo minus magistrorum ignaviae atque socordiae, sed soli rerum, quibus sumptus fierent, tenuitati et penuriae tribuenda fuit, eo nunc laetius edicto Serenissimi Principis paremus prudenter scholae saluti prospicientis, cuius nos generosa liberalitas sumptibus ex aerario scholastico promendis iussit scriptiunculas latino sermone confectas quotannis emittere, quo ne usitata iusti honoris commendatione schola nostra diutius destitueretur. Cui ego legi saluberrimae primus obtemperans hoc quod infra posui commentandi periculum feci. Subsequentur me ordine quotquot bonarum literarum in gymnasio nostro docendarum carissimi collegae provinciam sustinent.

Et materiam quidem disserendi praebuit Platonis apologia Socratis, cuius explicandae viam discipulis Classi Selectae adscriptis nuper praeivi. Proficiscitur autem disputatio nostra a capite XXVI. ineunte, ubi pag. 36. B. ed. Steph. haec leguntur:

τί ἄξιός εἰμι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι, ὅ τι μ α θ ὼ ν ἐν τῷ βίῳ οὐχ ἡσυχίαν ἦγον.

Sensus loci perspicuus et facilis, sententiarum nexus manifestus et indubitatus. Socrates enim, primis iudicum sententiis damnatus, litem suam aestimaturus ex se ipse quaerit, quamnam poenam re vera commeruerit, idque, ut graeca et latino et patrio sermone imitemur, sic facit: Quam poenam, inquit, quamve mulctam commerui, quod qua ductus opinione non quievi in vita, *welche Leibes- oder Geldstrafe habe ich verdient, dafs ich mir habe einfallen lassen in meinem Leben nicht Ruhe zu halten*, vel *dafs ich sonderbarer Weise in meinem Leben nicht Ruhe gehalten habe.* Sed in his quomodo expedienda sint *ὅ τι μ α θ ώ ν* verba, saepe multumque dubitatum est. Et primum quidem Lambinus, Marklandus, Brunckius, Elmsleius, Dobreus in ea fuerunt sententia, ut, ubicunque legeretur *τί μαθών* vel *ὅ τι μαθών*, reponi *τί παθών* et *ὅ τι παθών* iuberent. Quorum sententiae multum ponderis eo accedit, quod

vir summus Godofredus Hermannus eam assensu suo comprobavit in Praefat. ad Aristophanis Nubb. ed. II. p. XLVI sqq., cuius de his formulis, quarum vim atque naturam idoneis allatis exemplis exposuit, hoc est iudicium: „Quodsi omnia colligimus, pro illo *τί μαθών* stant testes grammatici et exemplorum satis magna copia; contra eam formulam autem primo, quod non apparet, quomodo explicanda sit; deinde quod nondum repertum est exemplum, in quo non *τί παθών* dici potuerit; denique quod in hac significationis affinitate, quae tanta est, ut differentia indicari nequeat (?), libri quoque inter *μαθών* et *παθών* fluctuant, quorum verborum etiam praeter hanc formulam creberrima permutatio est. Ex quo consequi videtur recte iudicare eos, qui, ut Brunckius, Elmsleius, Dobreus, unice *τί παθών* probant. Ad grammaticos autem quod attinet, eos veri simile est, quum illo ipso librariorum errore saepe *τί μαθών* pro *τί παθών* scriptum invenissent, illud quoque ut usitatum adnotavisse."

Natum est hoc viri summi iudicium e curis posterioribus. Nam in annotationibus ad Vigeri de praecipuis graecae dictionis idiotismis librum pag. 759 sq. idem, altera formula *τί μαθών* minime sollicitata, tantum quo differret ab altera exponere conatus est. Praeiverat Fr. Aug. Wolfius, acutissimi vir ingenii, ad Demosthenis orationem adv. Leptinem §. 127. pag. 495. v. 20. ed. Reisk. de utriusque formulae discrimine haec statuens: „Equidem excussis sedulo et Aristophanis et aliorum exemplis plurimis, ubi constanti fide librorum scribitur *τί μαθών*, compertum habeo utriusque formae diversam potestatem esse, sed discrimen tenue. Nempe *τί παθών* saepius locum alterius bene occupare poterit, interdum tamen sine detrimento elegantiae (?) non poterit. — — Etenim *τί παθών* omnino est quanam re affectus? quo casu? quibus intemperiis agitatus? qui fit ut? etc., et plane ad *πάθος* quoddam, quod aut volentes aut nolentes patimur, pertinet. Contra *τί μαθών*, ne hic quidem obliterata prima verbi potestate, forma est exprobrantis inconsiderantiam, temeritatem et pravum iudicium, ac pertinet, ut Aeschyleo verbo utar, ad *μάθος* quoddam, quod in nobis desiderari [? immo vigere] patimur, vertique debet quo argumento? quid secutus? qua ratiocinatione usus?" Quae quidem omnia tam et vere investigata et plane luculenterque explicita sunt, ut vix habeas quod addas, dummodo de sola vi ac potestate formularum *τί παθών* et *τί μαθών* quaestio sit. Comprobandae sententiae causa, quam alii quoque amplexi sunt, ut Stallbaumius in edit. tertia apologiae Platonicae, addimus nostrates pari ratione modo *was ficht dich an* (*τί παθών*), modo *was fällt dir ein* (*τί μαθών*) dicere, ut vel pravum animi affectum et temerariam commotionem, vel mentis perversitatem et consilii pravitatem arguant in alicuius agendi ratione conspiciendam. Quod autem monuerunt qui formulam *τί μαθών* respuerent, ne ferendam quidem esse hanc locutionem, quoniam alia exempla desiderarentur eius verbi in hunc modum usurpati, e. c. *τί μανθάνεις;* vel *τί ἔμαθες;* id prorsus nullius est momenti. Nam facile fieri potuit, ut secundaria quaedam alicuius verbi significatio tam angustis finibus contineretur, ut

paucarum locutionum terminos non excederet. Parum autem commode Hermannus in Praefat. ad Aristophanis Nubb. pag. L., ut propositam interpretationem credat formulae isti recte accommodari, requirere se huiuscemodi exemplum dicit: *τί ἔμαθες, ὥςτε τοῦτο ποιῆσαι;* Ubicunque enim in enunciatione interrogativa simul et de eo, quod quis velit, quaeritur et de via ac ratione, qua quod velit consecuturus sit, ex usu sermonis graeci illae duae interrogationes in unum quasi corpus ita coalescunt, ut ratio consequendi consilii participio enunciata inseratur alteri quaestioni, quae ad ipsum consilium spectat: vide Grammat. nostr. in us. scholar. §. 166. 4. b. bb. pag. 442. Atque haec est causa, cur talis dicendi ratio, qualem requirit Hermannus, frustra quaeratur in graecae linguae monumentis, saepissime vero reperiantur huiusmodi exempla: *τί μαθὼν τοῦτο ἐποίησας;*

Sed iam omissa quaestione de formulae *τί μαθών* usu legitimo ac peculiari potestate, de nostra quidem sententia satis stabilitis, progrediamur ad id, quod maxime spectat haec nostra dissertatiuncula, ad naturam atque indolem earum sententiarum explicandam, in quibus locum habet formula *ὅ τι μαθών*. Id ut via atque ordine fiat, tenendum est primum, de quo in vulgus constat, vocem *ὅ τι* vel pronomen esse relativum quod proprie dicunt, vel pronomem relativum adiuncta interrogandi vi. Utriusque usus exempla adiuncto *μαθών* participio reperiuntur. Et ubi pronominis relativi vice fungitur *ὅ τι*, subiectum *μαθών* participium ea significatione accipiendum est, quae propria atque primaria est verbi *μανθάνειν*, discere, edoceri, ut in Platonis Lachete cap. VI. pag. 182. E: *Λακεδαιμονίοις οὐδὲν ἄλλο μέλει ἐν τῷ βίῳ ἢ τοῦτο ζητεῖν καὶ ἐπιτηδεύειν, ὅ τι ἂν μαθόντες καὶ ἐπιτηδεύσαντες πλεονεκτοῖεν τῶν ἄλλων περὶ τὸν πόλεμον*, Lacedaemoniis nihil aliud curae est in vita nisi hoc, ut quaerant et tractent, quod discentes et tractantes (i. e. cuius usu et tractatione) praestent aliis bello, *die Lakedämonier trachten in ihrem Leben einzig und allein danach, das zu studiren und zu treiben, durch dessen Erlernung und Betreibung sie Vortheile über Andere erlangen können im Kriege.*

Alia est eorum locorum ratio, in quibus *ὅ τι μαθών* interrogative usurpatur, quod fit in interrogationibus aliunde suspensis eodem modo, quo, si absolute proferas interrogationem, utendum est formula *τί μαθών*. Exemplo est Philostrati vita Apollon. I, 28: *ἤρετο αὐτὸν ὁ πρεσβύτατος, ὅ τι μαθὼν καταφρονήσειε τοῦ βασιλέως;* quaesivit ex eo natu maximus, quid sit quod (vel quibus causis motus) contemneret regem, *es fragte ihn der älteste, was ihm einfalle (was für eigenthümliche Gründe er habe) geringschätzig von dem Könige zu denken.* Eadem interrogatio libere enunciata est: *τί μαθὼν καταφρονεῖς* vel *κατεφρόνησας τοῦ βασιλέως;*

In his nihil insoliti, nihil eiusmodi, quod non quovis alio participio voculae *ὅ τι* subiuncto et commode potuerit dici et facilem habeat explicatum. At sunt loci aliquot singulares, quibus expediendis neutra istarum explicandi rationum satis convenit. Pertinent huc praeter locum ex apologia Platonica iam supra exscriptum Platonis Euthydem.

cap. XXV. pag. 299. A: *πολὺ μέντοι δικαιότερον τὸν ὑμέτερον πατέρα τύπτοιμι ὅ τι μαθὼν σοφοὺς υἱεῖς οὕτως ἔφυσεν.* Ibid. cap. XII. pag. 283. E.: *εἰ μὴ ἀγροικότερον ἦν εἰπεῖν, εἶπον ἄν, σοὶ εἰς κεφαλήν, ὅ τι μαθὼν ἐμοῦ καὶ τῶν ἄλλων καταψεύδει τοιοῦτον πρᾶγμα, ὃ ἐγὼ οἶμαι οὐδ' ὅσιον εἶναι λέγειν, ὡς ἐγὼ τόνδε βουλοίμην ἂν ἐξολωλέναι.* Eupolis ap. Stob. Serm. IV. pag. 53: *εὐθὺ γὰρ πρὸς ὑμᾶς πρῶτον ἀπολογήσομαι, ὅ τι μαθόντες τοὺς ξένους μὲν λέγετε ποιητὰς σοφούς.* Notavit haec exempla primus Heindorfius ad Platonis Euthydem. cap. XII. pag. 283. E, recte quidem ille perspiciens sententiarum nexum et quid fere valerent verba explicans apposita interpretatione latina propterea quod, verum qua ratione ex ipsa forma orationis interpretatio illa proficiscatur, non monstrans. Stallbaumius vero, sermonis Platonici existimator sagacissimus scriptorumque Platonicorum interpres doctissimus, ut compensaret quod omissum est ab Heindorfio, in novissima apologiae Platonicae editione pag. 116. ita disputavit: „Nos quidem *ὅ τι* nunc pro accusativo absoluto habendum arbitramur, quasi scriptum sit *κατὰ τὸ ὅ τι μαθών.* Quam rationem probabilem esse comparatio particularum *καθότι* et *διότι* arguit, quae item ex *ὅ τι* prodierunt. Etenim quemadmodum *ὅ* pro *καθ' ὅ*, i. e. *κατὰ τοῦθ' ὅ* dici consuevit, de quo usu vide quae ad Euthydem. cap. XII. monuimus, ita etiam interrogativum relativum in talibus usurpatum videtur esse pro *κατὰ τοῦθ' ὅ*, i. e. *κατὰ τὸ ὅ τι μαθών* s. *παθών.* Quocirca in istis locis omnibus formulae denique nihil aliud significant quam quia quid s. propterea quod quid, habetque in iis locum audacior quaedam interrogativi relativi usurpatio, exorta illa exinde, quod in recta oratione *τί παθών* et *τί μαθών* usitatum fuit. Germanice igitur hunc locum (Apolog. Socrat. cap. XXVI.: *τί ἄξιός εἰμι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι, ὅ τι μαθὼν ἐν τῷ βίῳ οὐχ ἡσυχίαν ἦγον*) ex nostra ratione ita interpretamur: *was verdiene ich zu leiden oder zu büſsen, weil was doch mir in den Sinn gekommen ist, daſs ich in meinem Leben nicht Ruhe hielt.*"

Probamus nos quidem hoc vertendi exemplum: non item rationem assequimur, qua quis a verbis graecis profectus ad illam sententiam recte perveniat. Manifesto enim enunciatio a verbis *ὅ τι μαθών* exordiens causam continet, qua poenam commeruisse Socrates videatur. Iam facile qui usum linguae habeat concedat fieri posse, ut in locum enunciationis causalis succedat enunciatio cum exclamatione, quae in modum indirectae interrogationis est conformata. Quo dicendi modo Graeci utuntur saepissime, ubi indicanda est causa animi cuiusdam affectus, qualis est vel admiratio (*θαυμάζω*) eiusque declarandae ratio quaelibet (*μακαρίζω, εὐδαιμονίζω, εὐδαίμων μοι φαίνεταί τις, ὑμνῶ*), vel misericordia (*κατοικτείρω, ἀποκλαίω*), vel indignatio (*νεμεσίζομαι, χόλος λαμβάνει με, ἀγανακτῶ, αἰσχύνομαι*), vel sollicitudo (*μέλει μοι*) et similia. Qui usus, a grammaticis et lexicographis vel omissus vel parum sedulo tractatus, ut et planius et rectius cognosceretur, visum est exemplorum copiam addita germanica et, ubicunque Latini hanc dicendi rationem assequuntur, etiam latina interpretatione afferre:

Πρίαμος θαύμαζ' Ἀχιλῆα, ὅσσος ἔην οἷός τε, Priamos bewunderte den Achill, wie groſs und wie schön er war (= deſshalb, weil er so groſs und so schön war), Homer. Il. XXIV, 629 sq., coll. Il. II, 320: *θαυμάζομεν, οἷον ἐτύχθη.*

Ζεῦ πάτερ, οὐ νεμεσίζῃ Ἄρει τάδε καρτερὰ ἔργα, ὁσσάτιόν τε καὶ οἷον ἀπώλεσε λαόν, verargest du nicht dem Ares die Gewaltthat, wie viele und treffliche Leute er umgebracht hat (= daſs er so viele und so treffliche Leute umgebracht hat), Il. V, 757 sq.

Τὸν δὲ ἄνακτα χόλος λάβεν, οἷον ἄκουσεν, der König ward entrüstet, was er hörte (= daſs er dergleichen hörte, über solche Reden), Il. V, 166.

Οὔ νύ τι σοίγε μέλει κακόν, οἷον ἔθ' εὕδεις, dich beunruhigt das Unglück nicht, wie du noch schläfst, (= daſs du noch so schläfst), miror, quo pacto etiamnunc dormias, Il. XXIV, 683.

Θαυμάζω, ὅπως ἠθέλησέ σοι ὁ τοῦ δεσμωτηρίου φύλαξ ὑπακοῦσαι, es wundert mich, wie (= daſs) der Aufseher des Gefängnisses sich hat bereitwillig finden lassen dich einzulassen, miror, quo pacto apparitor te intromiserit, Platon. Crito cap. I. pag. 43. A., coll. Xenoph. Memorab. I, 1, 20.

Ἔγωγε μάλιστα ἐθαύμασα αὐτοῦ πρῶτον μὲν τοῦτο, ὡς ἡδέως καὶ εὐμενῶς καὶ ἀγαμένως τῶν νεανίσκων τὸν λόγον ἀπεδέξατο, ich bewunderte an ihm zuerst das, wie gütig und freundlich und beifällig er ihre Aeuſserung aufnahm (= daſs er so gütig u. s. w. aufnahm), in eo hoc primum mirabar, quam benevole quamque comiter eorum vocem excepisset, Platon. Phaed. cap. XXXVIII. pag. 89. A. coll. Platon. Criton. cap. I. pag. 43. B.

Ἔνιοι δὲ καὶ ἐπὶ τούτῳ δὴ τὸ γῆρας ὑμνοῦσιν, ὅσων κακῶν σφίσιν αἴτιον, Einige stimmen auch aus dem Grunde Klagelieder über das Alter an, wie viele Beschwerden es ihnen veranlasse (= daſs es ihnen so viele Beschwerden veranlasse), nonnulli carminibus queruntur de senectute, quam multa incommoda ipsis afferat, Platon. de rep. I. cap. III. pag. 329. B.

Τὴν ἐμαυτοῦ τύχην ἀπέκλαιον, οἵου ἀνδρὸς ἑταίρου ἐστερημένος εἴην, ich vergoſs Thränen über mein eigenes Schicksal, was für einen Freund ich verloren hätte (= daſs ich einen solchen Freund verloren hätte), meam ipsius sortem deplorabam, quam praeclarum amicum amisissem, Platon. Phaed. cap. XLVI. pag. 117. C., coll. Xenophont. Cyrop. VII, 3, 13: *κατοικτείρων τὴν γυναῖκα, οἵου ἀνδρὸς στεροῖτο.*

Αἰσχύνεσθαί μοι δοκῶ, οἵους γνώσεσθε τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ ὄντας ἀνθρώπους, ich glaube mich schämen zu müssen, in welcher Qualität (d. i. wie erbärmlich) ihr meine Landsleute finden werdet, arbitror fore, ut me pudeat, [reputantem] quales inventuri sitis populares meos, Xenophont. Anab. I, 7, 4.

Ἐμακάριζον τὴν μητέρα αὐτῶν, οἵων τέκνων ἐκύρησε, sie priesen die Mutter derselben glücklich, was für Kinder ihr bescheert seien (= daſs ihr solche Kinder bescheert

seien), matrem eorum beatam praedicabant, [cogitantes] quam praeclari liberi ei contigissent, Herodot. I, 31., coll. Platon. Phaed. cap. II. pag. 58. E.: *εὐδαίμων μοι ἀνὴρ ἐφαίνετο καὶ τοῦ τρόπου καὶ τῶν λόγων, ὡς ἀδεῶς καὶ γενναίως ἐτελεύτα.*

Attulimus exempla vulgaria, quorum communis haec est ratio, quod sententia primaria verbum habet vehementiorem animi commotionem significans, simul autem ita comparata, ut ad verbum germanice expressa non abhorreant a nostrae linguae indole. Verum latius etiam hunc apud Graecos usum patere exempla nonnulla docent ex Homero petita, ut Odyss. IV, 611: *αἵματός εἰς ἀγαθοῖο, φίλον τέκος, οἷ᾽ ἀγορεύεις*, *du stammst aus edlem Geblüte, wie du da redest* (= *wie daraus zu entnehmen ist, dafs du so redest*), qualia loqueris, ex honesta stirpe prognatus es, coll. Odyss. XVI, 92 sq. — Odyss. XXII, 217: *ἐν δὲ σὺ τοῖσιν ἔπειτα πεφήσεαι, οἷα μενοινᾷς*, *unter ihnen wirst auch du gemordet werden, was für Anschläge du hast* (= *dafür, dafs du solche Anschläge hast*), inter ipsos tu quoque, qua mente es, necaberis.

Attende iam propriam horum exemplorum rationem. Facile invenies opus esse in sententia secundaria vocabulo aliquo gravioris ponderis, qualia sunt pronominalia *ὅσος* et *οἷος* et adverbium *ὅπως*, cuius in locum substitui potest *ὡς* modo addito alio adverbio, siquidem dicendi ratio ista usurpatur tantummodo, ubi res, qua afficitur animus, habet aliquid insoliti vel quod moveat mirationem aut indignationem. Unde sua sponte apparet pronomen *ὅ τι* simpliciter positum non aptum esse huic dicendi generi. Quare frustra quaeres huiusmodi exemplum: *ἄξιός ἐστι τιμωρίας, ὅ τι οὐχ ἡσυχίαν ἦγεν*, tametsi nihil offensionis habet sententia in hunc modum conformata: *ἄξιός ἐστι τιμωρίας, οἷα εἰργάσατο.* At, dicat quispiam, fortasse additum *μαθών* participium illud ipsum efficit, ut pronomen *ὅ τι* aptum fiat eidem dicendi rationi, a qua nullo addito alio verbo alienum est. Non id equidem negaverim fieri posse, praesertim quum formularum *τί παθών*, *τί μαθών*, ut iam supra monitum est, hoc sit proprium, ut aliquid esse factum significent, quod offendat eum qui loquitur, quod abhorreat a communi consuetudine sanave agendi ratione. Admissa igitur ea interpretatione in locis allatis, Socratis verba *τί ἄξιός εἰμι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι, ὅ τι μαθὼν οὐχ ἡσυχίαν ἦγον* ita ut fidem verborum servemus elata hoc dicunt, quam poenam commerui, quae animo volvens quietem non servaverim: *welche Strafe verdiene ich, was mir einfallen lassend ich nicht Ruhe hielt*, significatque Socrates per simulationem sibi ipsi iam mira et improbanda videri quae molitus sit. Grammatica autem verborum ratio expedienda ita est, ut *ὅ τι* accusativus sit quem dicunt obiecti, pendens ex *μαθών* verbo, non accusativus absolutus, quem sibi finxit Stallbaumius. Eadem explicatio verborum, quibus in Dionysodorum invehitur Ctesippus in Platon. Euthyd. cap. XII.: *σοὶ εἰς κεφαλήν* (quod plene dicendum fuit *σοὶ εἰς κεφαλὴν τρέποιτο*, coll. Aristoph. Ach. 833), *ὅ τι μαθὼν ἐμοῦ καὶ τῶν ἄλλων καταψεύδει τοιοῦτον πρᾶγμα*, in tuum hoc recidat caput, qua mente ductus haec de me aliisque mentitus sis, *Fluch auf dein Haupt, was dir einfallen lassend du mir und den*

anderen eine solche Absicht unterschiebest, quibus significare putandus est Ctesippus Dionysodorum, parum recte percepta sua sociorumque mente, falsa quaeque de iis mentiri. Subiicimus reliquos locos addita interpretatione: Platon. Euthyd. cap. XXV.: *πολὺ μέντοι δικαιότερον τὸν ὑμέτερον πατέρα τύπτοιμι, ὅ τι μαθὼν σοφοὺς υἱεῖς οὕτως ἔφυσεν*, rectius hercle vestrum patrem mulcarem, quo consilio eiusmodi filios genuerit, *mit weit mehr Recht möchte ich euern Vater prügeln, was sich einfallen lassend er so gescheidte Söhne in die Welt gesetzt hat.* Eupol. ap. Stob. Serm. IV. pag. 53.: *εὐθὺ γὰρ πρὸς ὑμᾶς πρῶτον ἀπολογήσομαι, ὅ τι μαθόντες τοὺς ξένους μὲν λέγετε ποιητὰς σοφούς*, primum in vos invehar, qua ratione exteros iudicetis bonos poetas, *gleich will ich zuerst gegen Euch meine Sache führen, was euch einfallen lassend ihr die Fremden für geschickte Dichter erklärt.*

At ut ferenda sit haec interpretatio, facile tamen apparet valde quaesitum esse dicendi genus in sententia plana et ab omni emphasi aliena, desiderarique in membro posteriore rationis causalis simplicem et finitam significationem. Quod sentiens Buttmannus (in Gr. gr. §. 150. pag. 453. ed. XIV.) iunctim scribit *ὅτι* (propterea quod), ita ut ipsa causalis particula in locum pronominis oblique interrogantis sufficiatur. Qua inita ratione iustus quidem orationis contextus dilucide verbis expressus luculenter perspicitur, participium autem *μαθών* seorsum positum displicet et, si sensum spectas, dubitationem movet haud facile solvendam. Nam quam Buttmannus vim illi participio tribuit, ut sit *überlegter Weise* (prudenter, de industria), ea neque inest nec potest inesse, quum nil valeat nisi vel edoctus (*gelernt habend*, *mit Kenntnifs oder Geschicklichkeit*), vel compertum habens et proinde sciens (*in Erfahrung gebracht habend*, *wissend*, *wissentlich*), vel cognitum habens et proinde perspiciens (*eingesehen oder begriffen habend*, *verständiger Weise*). Quarum notionum quamcunque elegeris, nulla convenit in locos allatos, quorum proprium hoc est, ut ratio, qua quis ductus quid perpetraverit, tanquam singularis quaedam et a communi sensu aliena pronuntietur, ex quo simul apparet, quam parum apta sit etiam ficta ista significatio.

Iam vero quum sententiarum nexus eiusmodi sit, ut membrum posterius causam denotet eius rei, quae declaratur membro priore, apertum est iustam simplicemque dicendi rationem requirere particulam causalem *ὅτι*, si non accedat alius cuiusdam sententiae significatio. Ergo non haereremus in sententiis hunc in modum conformatis: *τί ἄξιός εἰμι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι, ὅτι οὐκ ἦγον ἡσυχίαν*, vel *σοὶ εἰς κεφαλήν, ὅτι ἐμοῦ καταψεύδει*, aliis, sed quivis agnosceret genus loquendi tritum et consentaneum. Iam si accuratius indagamus sententiarum, de quibus agimus, naturam, causam, ex qua profectum est id ipsum, quod in membro priore positum est, non simpliciter indicandam esse intelligimus, sed admixta quadam reprehensionis notione, qua significetur eam ipsam rem, cuius consequens sit quod in sententia primaria positum est, effectam esse subito quodam mentis

fervore animique impetu temerario, non satis caute atque considerate, nulla nec rerum neque hominum habita ratione. Quam notionem vel strictim licet consequi ascito adverbio vel locutione adverbiali, e. c. *εἰκῇ*, *ἀλλοκότως*, *οὐκ ὀρθῶς*, *παρὰ τὸν εἰωθότα τρόπον*, vel plenius describere interposita sententia vel enunciativa, e. c. *οὐκ ὀρθῶς ποιῶν*, *οὐδὲν δέον*, *παρ' ἃ δεῖ*, vel interrogativa, e. c. *τίνα γνώμην ἔχων; τί ἐν νῷ ἔχων; τί βουλόμενος; τί παθών; τί μαθών;* Atque hoc posterius dicendi genus deprehendere nobis videmur in iis exemplis, quae supra exscripsimus. Qua ducti sententia suspicamur scribendum esse *τί μαθών*, ita ut interrogatio interiecta sit alteri sententiae ex more sermonis graeci, quem attigimus in Gr. gr. in us. schol. §. 166. 4. b. Iam si sana est librorum scriptura, in locis allatis scribendum est: *τί ἄξιός εἰμι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι, ὃ τί μαθὼν ἐν τῷ βίῳ οὐχ ἡσυχίαν ἦγον*, — *σοὶ εἰς κεφαλήν, ὃ τί μαθὼν ἐμοῦ καὶ τῶν ἄλλων καταψεύδει*, pariterque in similibus omnibus, habetque illud *ὅ* potestatem particulae causalis Homeri ex more, qui haec praebet huius usus exempla: Il. XVII, 207: *τῶν ποινήν, ὅ τοι οὔτι μάχης ἒκ νοστήσαντι δέξεται Ἀνδρομάχη κλυτὰ τεύχεα Πηλείωνος.* Il. XX, 283: *ταρβήσας, ὅ οἱ ἄγχι πάγη βέλος.* Odyss. I, 382: *Τηλέμαχον θαύμαζον, ὃ θαρσαλέως ἀγόρευεν*, quae verba repetita leguntur Odyss. XVIII, 411. XX, 296. — Odyss. XI, 541: *φοίτα γηθοσύνῃ, ὅ οἱ υἱὸν ἔφην ἀριδείκετον εἶναι.*

Non equidem ignoro hoc pronominis relativi usu epici sermonis proprio abstinuisse scriptores atticos, qui hoc sensu constanter usurpant *ὅτι* particulam, significatu ab isto *ὅ* eodem intervallo distantem, quo ab relativo *ὅς* pronomine distat *ὅςτις*: nec tamen negandum est potuisse Graecos de via trita deflectere et reverti ad usum Homeri exemplo stabilitum, ubi vulgaris usus haberet quo displiceret. Displicere autem potuit *ὅτι τί* propter vocabulorum consonorum concursum graecis auribus molestum, esti non prorsus alienum ab ore graeco. Nam in Aristophanis quidem Pluto v. 136. libri scripti exhibent *ὅτι τί δή* signo interrogationis apposito, pro quo inferre non debebat Dindorfius *ὁτιὴ τί δή*, quum Chremylus istis verbis a Pluto compellatus respondeat *ὅτι οὐδ' ἂν εἷς θύσειεν ἀνθρώπων ἔτι*, non *ὁτιὴ οὐδ' ἂν εἷς θύσειεν.* At enimvero non gratum fuisse illud *ὅτι τί* auribus graecis vel inde licet concludere, quod saepius usurpatur *ὁτιὴ τί* (Aristoph. Nubb. 782.) et *ὁτιὴ τί δή* (Aristoph. Nubb. 754.), non quo particulae vis augeatur, sed quo suavior reddatur pronunciatio, ut videtur.

Quicunque autem inprobant hanc nostram rationem propter insolentiorem vocabuli *ὅ* usum, ii viderint, num quattuor illis locis praestet *ὅτι τί μαθών* scribere. Nam causam eius rei, quam declarat membrum prius, his sententiis indicandam esse non minus apertum est, quam apto sensu destitutum esse participium *μαθών*, si cum Buttmanno legatur *ὅτι μαθών.* Itemque apparet verba *ὅ τι μαθών*, ea sola ratione, quam supra monstravimus, expedienda, torti et inconcinni aliquid habere in sermone temperato et a quavis animi commotione libero. Sed sunt haec, ut Hermanni verbis utar, eiusmodi, ut sensu facilius quam rationis aliqua pervestigatione diiudicari queant.

Lehrplan

des

Gymnasii illustris zu Gotha

zunächst für

den Jahrescursus von Ostern 1847 bis 1848.

I. Alte Sprachen.

A. Lateinisch.

Quinta: 5 Stunden wöchentlich: der regelmässige Theil der Formenlehre wird fest eingeprägt, durch faßliche Erörterung der Rede- und der Satztheile veranschaulicht und durch häufige Uebungen im mündlichen und schriftlichen Uebersetzen kurzer Sätze aus dem Lateinischen in's Deutsche und umgekehrt nutzbar gemacht. Dr. Giese.

Lehrbuch: Leitfaden bei dem ersten Unterricht in der latein. Grammatik. Gotha, bei Gläser 1845.

Quarta: 8 Stunden wöchentlich, wovon 4 dem grammatischen Unterrichte zufallen, 3 dem Uebersetzen aus dem Lateinischen in's Deutsche, 1 den schriftlichen Exercitien. Der grammatische Cursus umfaßt 1) die ganze Formenlehre, welche vollständig eingeprägt und durch fortgesetzte Anwendung des Erlernten zu Bildung lateinischer Sätze eingeübt wird; 2) aus der Syntax die Lehre vom einfachen Satze, deren Hauptregeln nach Anleitung der Grammatik erlernt, genau erörtert und an Beispielen eingeübt werden, während die Hauptregeln von dem Gebrauche des Conjunctivs, des Infinitivs und des Particips bei der Erklärung der lateinischen Lesestücke durch möglichst einfache Erläuterung zur Anschauung gebracht werden. — Bei der Behandlung der lateinischen Lesestücke wird neben der genauesten Berücksichtigung des grammatischen Elements hauptsächlich darauf gesehen, daß die Eigenthümlichkeit des lateinischen Sprachausdrucks klar begriffen und der Gedankeninhalt vollständig aufgefaßt und möglichst treu in die passende deutsche Wendung gebracht wird. Durch häufige Repetition der erklärten Abschnitte, verbunden mit Rückübersetzung derselben in's Lateinische, wird dafür gesorgt, daß das einmal Begriffene zum bleibenden Eigenthum des Lernenden werde. — Als Grundlage der schriftlichen Exercitia dienen einzelne Sätze und kurze Erzählungen, in denen die erlernten grammatischen Regeln vielfach zur Anwendung kommen. Dr. Regel.

Lehrbücher: Schulgrammatik der latein. Sprache von Kritz u. Berger. Göttingen 1847. — Lateinisches Elementarbuch von Jacobs u. Döring. Erstes Bändchen.

Tertia: 8 Stunden wöchentlich, nemlich 1) 3 Stunden für den grammatischen Unterricht: Repetition der gesammten Formenlehre; von der Syntax die gesammte Lehre von der Gestaltung des einfachen Satzes nebst seinen Erweiterungen und die Hauptregeln aus der Lehre von den abhängigen Sätzen mit fortgesetzten Uebungen in der praktischen Anwendung des Begriffenen. — 2) 3 Stunden für das Uebersetzen aus dem Lateinischen in's Deutsche unter Beobachtung derselben Methode, wie in Quarta. — 3) 2 Stunden für mündliches und schriftliches Uebersetzen kurzer und leichter historischer Erzählungen aus dem Deutschen in's Lateinische. Dr. Berger.

Lehrbücher: Grammatik wie bei Quarta. — Latein. Elementarbuch von Jacobs u. Döring. Zweites Bändchen.

Secunda: 9 Stunden wöchentlich, nemlich 1) 3 Stunden für die Syntax, welche hier vollständig erklärt und eingeübt wird. — 2) 2 Stunden für die Erklärung latein. Prosaiker, für jetzt Iul. Caesar, mit welchem Cornel. Nepos, Cicero de senectute und de amicitia, auch Curtius abwechselnd gelesen werden, ferner 2 Stunden für die Erklärung von Ovid's Metamorphosen. Unter Anwen-

dung der bereits bei Quarta angegebenen Methode wird volles und klares Verständniß des sprachlichen und sachlichen Inhalts bezweckt, bei der Dichtererklärung wird noch ausserdem der Veranschaulichung der poetischen Ausdrucks- und Darstellungsweise sorgsamer Fleiß zugewendet. — 3) 1 Stunde für lateinische Exercitia. — 4) 1 Stunde für Prosodik, welche ausser den Regeln über die Sylbenmessung die Lehre von dem Bau des Hexameter und des Pentameter umfaßt und durch Herstellung dieser Versgattungen an einem versetzten Material praktisch eingeübt wird.

Lehrer für die Grammatik und die Erklärung der Prosaiker Prof. Habich, — für die Dichtererklärung Dr. Schneider, — für die Prosodik Prof. Wüstemann.

Lehrbücher u. Ausgaben: Grammatik wie bei Quarta. — August's Anleitung zum Uebersetzen aus dem Deutschen in's Lateinische. — Friedemann's praktische Anleitung zur Kenntniß u. Verfertigung latein. Verse. — Iul. Caesar ed. Daehne. Lips. 1825. — Cic. de senectute ed. Klotz. Lips. 1831. — Corn. Nepos, Ausgabe von Bremi. Zürich 1827. — Ovidii Metam. von Bach. 2 Thle. Hann. 1831.

Prima: 9 Stunden wöchentlich, nemlich 1) 3 Stunden für statarische Erklärung von Cicero's Reden. — 2) 2 Stunden für statarische Erklärung von Virgil's Aeneide. — 3) 2 Stunden für cursorische Lectüre von Prosaikern, jetzt des Livius (abwechselnd Sallust und Plinius Briefe, zuweilen auch eine Auswahl aus den Elegikern). — 4) 2 Stunden für lateinische Stilübungen theils an untergelegten Aufgaben, theils in freien Aufsätzen, und für mündliches Uebersetzen aus dem Deutschen in's Lateinische.

Lehrer für die statarische Erklärung der Prosaiker, sowie für Stil- und Versübungen Prof. Wüstemann, — für die cursorische Lectüre Dr. Berger, — für die Dichtererklärung Dr. Rost.

Ausgaben u. Hülfsbücher: Ciceronis orat. in us. schol. ed. Matthiae. — Virgilii Maronis carmina breviter enarravit Phil. Wagner. Lips. MDCCCXXXXV., oder ein correcter Textabdruck. — Livius in den Ausgaben von Raschig, Lünemann, Tafel u. Döring. — Sallust in den Ausgaben von Kritz, Fabri u. Dietzsch. — Plinius in der Ausgabe von Gierig. — E. F. Wüstemann's Aufgaben zu latein. Stilübungen. Leipzig 1844.

Selecta: 9 Stunden wöchentlich, nemlich 1) 2 Stunden für statarische Erklärung von Cicero's philosophischen und rhetorischen Schriften, oder eine Auswahl der Briefe. 2) 2 Stunden für statarische Erklärung des Horaz. — 3) 2 Stunden für die Erklärung des Tacitus, womit cursorische Lectüre des Terenz abwechselt. — 4) 2 Stunden für Stilübungen theils an untergelegten Aufgaben, theils an freien Abhandlungen, und für mündliches Uebersetzen aus dem Deutschen in's Lateinische. — 5) 1 Stunde für Sprechübungen.

Lehrer für die statarische Erklärung der Prosaiker und Dichter, sowie für Stil- und Sprechübungen Prof. Wüstemann, — für die cursorische Lectüre Dr. Schneider.

Ausgaben: Cicero in der Ausgabe von Orelli, die Tusculan. Quaest. in der Ausgabe von Kühner, die Briefe in der Ausgabe von Weiske. — Horaz in der Ausgabe von Döring, neu bearbeitet durch Regel, die Satiren in der Ausgabe von Heindorf, neu bearbeitet durch Wüstemann. — Terenz in der Ausgabe von Reinhardt. — Tacitus in der Ausgabe von Walther.

B. Griechisch.

Quarta empfängt noch keinen eigentlichen Unterricht im Griechischen, sondern es werden im letzten Vierteljahre des einjährigen Cursus denjenigen Quartanern, die für die Versetzung nach Tertia reif zu sein scheinen, wöchentlich 2 Extrastunden ertheilt, in welchen die Kenntniß der Buchstaben und mechanisches Lesen den Gegenstand des Unterrichts bilden. Dr. Regel.

Tertia: 5 Stunden wöchentlich, in denen die gesammte Formenlehre bewältigt und durch Uebersetzung zahlreicher Beispiele, hauptsächlich aus dem Griechischen in das Deutsche, hinlänglich eingeübt wird. Dr. Berger.

Lehr- u. Uebungsbücher: Rost's Schulgrammatik der griech. Sprache. Göttingen 1844. — Beispielsammlung zu Buttmann's u. Rost's griech. Grammatiken. Erster Cursus. Göttingen 1839. — Rost's u. Wüstemann's Anleitung zum Uebersetzen aus dem Deutschen in das Griechische.

Secunda: 6 Stunden wöchentlich, nemlich 1 Stunde für die Repetition der griechischen Formenlehre, 2 Stunden für griechische Syntax, die mit der lateinischen in enge Verbindung gesetzt wird und darum

eines grösseren Zeitaufwandes nicht bedarf, 2 Stunden für die Erklärung von Homer's Odyssee, 1 Stunde für die Erklärung leichterer Abschnitte aus der attischen Prosa.

Lehrer für die Syntax Prof. Habich, — für das Uebrige Dr. Schneider.

Lehrbücher: Grammatik wie bei Tertia. — Homeri Odyssea in einem correcten Textabdruck. — Der zweite Cursus der bei Tertia erwähnten Beispielsammlung.

Prima: 6 Stunden wöchentlich, nemlich 3 Stunden für die Erklärung von Homer's Ilias und 3 Stunden für die Erklärung des Xenophon. Dr. Rost u. Dr. Schneider abwechselnd.

Ausgaben: Homeri Ilias in dem Textabdruck nach Spitzner's Recension. — Xenophontis Anabas. ed. Krüger, Xenophontis memorab. Socratis ed. Kühner.

Selecta: 6 Stunden wöchentlich, nemlich 2 Stunden für Erklärung der Prosaiker, für jetzt Platonischer Dialogen, mit welchen abwechselnd Thucydides und Demosthenes erklärt werden, 3 Stunden für die Erklärung der Tragiker, jetzt Sophoclis Oedipus Rex (abwechselnd andere Tragödien des Sophocles und Euripides), 1 Stunde für schriftliche Uebungen im Uebersetzen aus dem Deutschen in das Griechische.

Lehrer für die Erklärung der Prosaiker und für die Leitung der Stilübungen Dr. Rost, — für die Erklärung der Tragiker Prof. Habich.

Ausgaben u. Hülfsmittel: Thucydides ed. Poppo. Gotha. 1843. — Platonis dial. ed. Stallbaum. — Demosthenis oration. Philippicae in der Bearbeitung von Bremi oder Sauppe oder Franke. — Sophoclis Tragoediae ed. Wunder. — Euripidis Tragoediae ed. Pflugk. — Rost's u. Wüstemann's Anleitung zum Uebersetzen aus dem Deutschen in's Griechische. Vierter Cursus.

C. Hebräisch.

Diejenigen Gymnasiasten, welche sich dem Studium der Theologie widmen wollen, werden von ihrem Eintritt in Prima an in zwei Classen getheilt, von welchen die untere in der Grammatik unterrichtet und an leichteren Lesestücken geübt, die obere aber zum Verständniß ganzer biblischer Bücher angeleitet wird, in 3 Stunden wöchentlich. Prof. Habich.

Lehrbücher u. Ausgaben: Gesenius hebr. Grammatik. 14te Aufl. Leipzig 1845. — Gesenius hebräisches Lesebuch. — Biblia hebraica. edit. Lips. stereotyp.

II. Neuere Sprachen.

A. Deutsch.

Quinta: 8 Stunden wöchentlich, nemlich 3 Stunden für die Formenlehre und für die Erläuterung und Veranschaulichung der grammatischen Terminologie, 2 Stunden für Einübung der Orthographie, 1 Stunde für Uebung im schriftlichen Ausdruck, 2 Stunden für Uebungen im Lesen und im mündlichen Vortrag. Dr. Giese.

Hülfsmittel: Heyse's Leitfaden zum gründlichen Unterricht in der deutschen Sprache. — Schwabe's Lesebuch.

Quarta: 5 Stunden wöchentlich, nemlich 2 Stunden für einen kurzen Abriß der Syntax, 1 Stunde für Uebung im schriftlichen Vortrag, 2 Stunden für Uebung im ausdrucksvollen Lesen und im mündlichen Vortrag.

Lehrer für die Grammatik Dr. Regel, — für das Uebrige Gymnasiallehrer Bertram.

Hülfsmittel, wie bei Quinta. — Für den mündlichen Vortrag werden Wagner's Lehren der Weisheit in Fabeln und Liedern benutzt.

Tertia: 4 Stunden, nemlich 2 Stunden für die Behandlung der gesammten Syntax, 1 Stunde für Uebungen im deutschen Stil, 1 Stunde für Uebungen im mündlichen Vortrag.

Lehrer für die Grammatik Dr. Berger, — für das Uebrige Dr. Schneider.

Hülfsmittel: Heyse's mittlere Grammatik.

Secunda: 2 Stunden wöchentlich, nemlich 1 Stunde für die Repetition der Syntax (Prof. Habich), 1 Stunde für Stilübungen und Declamiren (Dr. Schneider).

Prima: 2 Stunden wöchentlich, nemlich 1 Stunde für Uebungen im deutschen Stil, 1 Stunde für die Erklärung deutscher Klassiker. Hofrath Schulze und Dr. Regel.

Selecta: 3 Stunden wöchentlich, nemlich 1 Stunde für Stilübungen, 1 Stunde für die Erklärung deutscher Klassiker, 1 Stunde für deutsche Literärgeschichte. Dr. Regel.

B. Französisch.

Quinta: 2 Stunden wöchentlich zu Einprägung der Lautlehre und zu praktischer Einübung der Aussprache durch Lesen und Memoriren. Dr. Giese.

Quarta: 3 Stunden wöchentlich zu fortgesetzten Leseübungen, zu Einprägung der Formenlehre in ihrem regelmässigen Theile und zum Uebersetzen leichter Aufgaben aus dem Französischen in's Deutsche, wobei auf das Memoriren von Wörtern und Phrasen gesehen wird. Dr. Regel.

Tertia: 3 Stunden wöchentlich zu Repetition der regelmässigen und zu Einprägung der unregelmässigen Formenlehre nebst den Hauptregeln der Syntax. Die Uebungen im Uebersetzen aus dem Französischen in's Deutsche werden fortgesetzt und das Uebersetzen aus dem Deutschen in's Französische wird begonnen. Prof. Millenet.

Secunda, Prima und **Selecta.** Für jede dieser Classen wöchentlich 2 Stunden, welche theils zu Erklärung französischer Schriftsteller, theils zu Uebungen im Uebersetzen aus dem Deutschen in's Französische unter beständiger Berücksichtigung der Syntax verwendet werden. Prof. Millenet.

Lehr- u. Hülfsbücher: Grammatik von Orell. — Grammatik von Franceson. — Millenet's Chrestomathie. — Dessen Anleitung zum Uebersetzen aus dem Deutschen in's Französische. — Voyage du jeune Anacharsis en Grèce p. Barthélemy. — Aeltere u. neuere dramatische Werke.

C. Englisch und Italienisch.

Beide Sprachen werden nur in **Selecta** gelehrt, in 2 Stunden wöchentlich, die in regelmässigem Wechsel zu einem ganzjährigen Cursus der englischen und zu einem halbjährigen Cursus der italienischen Sprache verwendet werden. Die Lehre von der Aussprache wird vollständig vorgetragen und eingeübt, die Formenlehre wird vollständig, die Syntax in ihren wesentlichen Theilen durchgenommen und der Schüler wird so weit gebracht, daß er englische und italienische Schriftsteller mit Hülfe des Wörterbuchs verstehen kann, auch leichte Aufgaben aus der Muttersprache in die fremde Sprache übersetzt. Dr. Regel.

Lehr- u. Hülfsbücher: Regel's Chrestomathie der englischen Sprache. 2 Theile, 1846. — Keil's italienische Gramm. — Ukert's italienische Chrestomathie.

III. Religionslehre.

Der Religionslehre sind in jeder Classe wöchentlich 2 Stunden zugewiesen. In den drei untern Classen wird dieselbe nach Anleitung des lutherischen Katechismus, in Secunda nach Schulze's Leitfaden, in Prima und Selecta nach Bretschneider's Lehrbuch ertheilt.

In **Quinta** werden die sechs Hauptstücke ihren Hauptmomenten nach erklärt und eingeprägt, hauptsächlich aber wird bei dem ersten und zweiten Hauptstücke verweilt. Passende biblische Sprüche und Liederverse werden überall zu Begründung der religiösen Lehren beigebracht und auswendig gelernt, nachdem der Zögling mit der Eintheilung und dem Inhalte der Bibel bekannt gemacht und im Nachschlagen der angeführten Stellen geübt worden ist. Dr. Giese.

In **Quarta** wird nach einem kurzen Abriß der Geschichte Jesu und der Verbreitung, Entartung und Wiederherstellung seiner Lehre die christliche Glaubens- und Sittenlehre nach Anleitung des zweiten und ersten Hauptstücks durchgegangen. Längere Abschnitte aus den biblischen Büchern werden gelesen und erklärt. Gymnasiallehrer Bertram.

In **Tertia** werden die Hauptmomente der Religions- und Kirchengeschichte im Zusammenhang vorgetragen, die Glaubens- und Sittenlehre wird mit Erweiterung und näherer Begründung wiederholt und die übrigen Hauptstücke des Katechismus werden erklärt. Gymnasiallehrer Bertram.

In den drei obern Classen bildet eine zusammenhängende Darstellung der Schicksale des Christenthums und eine systematische Behandlung der Glaubens- und Sittenlehre den Gegenstand des Religionsunterrichts. Hofrath Schulze in Secunda und Prima, Oberconsistorialpräsident Bretschneider in Selecta.

IV. Mathematik.

Quinta: 3 Stunden wöchentlich, Numeriren, Uebungen in den vier Species mit ganzen Zahlen benannter und unbenannter Art, Anleitung zur Kenntniß der Brüche. Dr. Giese.

Quarta: 3 Stunden wöchentlich, festere Einprägung und mannichfache Anwendung der vier Species, Rechnungen mit gewöhnlichen Brüchen und mit Decimalbrüchen. Dr. Kühne.

Lehrbuch: Lehrbuch der bürgerlichen Rechenkunst von Kühne.

Tertia: 3 Stunden wöchentlich, Wiederholung des Cursus von Quarta; Ausziehung der Quadratwurzeln; Lehre von den Verhältnissen und Proportionen; — einfache und zusammengesetzte Regel de tri; Kettenrechnung; Gesellschaftsrechnung; Alligationsrechnung. Dr. Kühne.

Lehrbuch: Lehrbuch der bürgerlichen Rechenkunst von Kühne.

Secunda: 3 Stunden wöchentlich: 1) Arithmetik: Anfangsgründe der Buchstabenrechnung, die vier Species mit einfachen und zusammengesetzten Buchstabenausdrücken; Rechnung mit Potenzen und Wurzelgrössen. — 2) Geometrie: Einleitung in die Geometrie; Congruenz geradliniger Figuren; — Lehre von der Aehnlichkeit und dem Flächeninhalte geradliniger Figuren. Dr. Kühne.

Lehrbuch: Lehrbuch der Mathematik von Kries.

Prima: 3 Stunden wöchentlich: 1) Arithmetik: einfache und quadratische Gleichungen; — Progressionen und Logarithmen. — 2) Geometrie: die Lehre vom Kreise. Dr. Kühne.

Lehrbuch: Lehrbuch der Mathematik von Kries.

Selecta: 3 Stunden wöchentlich, Dauer des Cursus $1\frac{1}{2}$ Jahr: 1) Arithmetik: bestimmte Gleichungen mit mehreren Unbekannten; — unbestimmte Gleichungen des ersten Grades; — der binomische Lehrsatz. — 2) Geometrie: ebene Trigonometrie; — Stereometrie; — Kegelschnitte. Dr. Kühne.

Lehrbuch: Lehrbuch der Mathematik von Kries.

V. Geschichte.

Der Geschichtsunterricht, welcher von Quarta aufwärts durch alle Classen hin in 2 Stunden wöchentlich betrieben wird, verfolget das Ziel, die Schüler in stufenweisem Fortschritt aus dem engeren in immer weitere Kreise mit der Gestaltung und den Schicksalen des Lebens aller gebildeten Nationen und mit den Leistungen und Bestrebungen grosser Menschen in politischer, wissenschaftlicher und moralischer Hinsicht hinlänglich bekannt zu machen. Hofr. Schulze, in Quarta Bertram. — Von den Alterthümern, sowie von der Literärgeschichte der Griechen und Römer wird in **Prima** ein kurzer Abriß gegeben in 1 Stunde wöchentlich. Dr. Schneider und Prof. Wüstemann.

VI. Naturwissenschaften.

A. Naturgeschichte.

Der Unterricht in der Naturgeschichte, welchem in den Classen Quinta, Quarta und Tertia wöchentlich 2 Stunden zugewiesen sind, bezweckt weniger eine systematische Behandlung der einzelnen Naturreiche, als vielmehr eine anschauliche Belehrung über die Natur und die Stufenfolge aller erschaffenen Wesen und Stoffe mit genauer Berücksichtigung ihrer eigenthümlichen Merkmale, zu deren Auffindung und Zusammenfassung der jugendliche Verstand sorgsam gewöhnt wird. Dr. Regel in Tertia, Gymnasiallehrer Bertram in Quarta, Dr. Giese in Quinta.

B. Physik.

Prima u. **Selecta:** 2 Stunden wöchentlich: Kurze und gründliche Erläuterung der physikalischen Lehren nach Kries Lehrbuch und unter Anstellung von praktischen Versuchen. Dr. Kühne.

C. Geographie.

Quinta: 2 Stunden wöchentlich: anschauliche Beschreibung der Gestalt und der Bewegung der Erde, Erörterungen der mathematischen Eintheilungen des Globus, vollständige Uebersicht der Erd- und Wassermassen mit genauer Bestimmung ihrer Verbindungs- und ihrer Trennungspunkte. Dr. Giese.

Quarta: 2 Stunden wöchentlich: das Verhältniß der Erde zu anderen Weltkörpern nebst Erklärung der hauptsächlichsten Naturerscheinungen, welche daraus abzuleiten sind; die Hauptsätze aus dem Gebiete der physischen Geographie; politische Geographie von Deutschland. Gymnasiallehrer Bertram.

Tertia: 2 Stunden wöchentlich: weitere Ausführung und genauere Begründung der Lehren der mathematischen und der physischen Geographie; politische Geographie der europäischen Staaten ausser Deutschland. Gymnasiallehrer Bertram.

Secunda: 2 Stunden wöchentlich: die Beschreibung der aussereuropäischen Erdtheile. Gymnasiallehrer Bertram.

Prima u. **Selecta:** 1 Stunde wöchentlich: Repetition der neueren Geographie nebst einem kurzen Abriß der alten Geographie.

Lehrbücher u. Hülfsmittel: Volger's Leitfaden beim Unterricht in der Länder- u. Völkerkunde. — Globus. — Sydow's Wand-Atlas. — Der Stieler'sche Schul-Atlas.

VII. Technische Uebungen.

1) Uebungen im Schönschreiben: für Quinta 3, für Quarta 2 Stunden wöchentlich. Lehrer Kaufmann.

2) Uebung im Zeichnen: 2 Stunden wöchentlich, 1 für Quarta, 1 für Tertia.

3) Uebung im Singen wöchentlich 2 Stunden, in welchen die Schüler der oberen und die Schüler der unteren Classen getrennt geübt werden. Cantor Felsberg.

Bemerkung. Die Uebungen im Zeichnen, welche bisher vom Kreise des öffentlichen Unterrichts ausgeschlossen waren, werden beginnen, sobald die dazu erforderlichen Einrichtungen getroffen sind, was sich hoffentlich noch im Laufe des nächsten Halbjahrs wird bemöglichen lassen.

Der neue Lehrcursus beginnt am 12. April früh um 7 Uhr.

Die Prüfung und Aufnahme neuer Zöglinge findet am 26. März in den Vormittagsstunden von 8 bis 11 Uhr Statt.

Gotha, am 15. März 1847.

Dr. Rost.

Ordnung der öffentlichen Prüfungen.

Montag, den 22. März.

Vormittags von 8 bis $11\frac{1}{2}$ Uhr.

Selecta.

1. Lateinisch, Professor *Wüstemann.*
2. Geschichte, Hofrath *Schulze.*
3. Griechisch, Professor *Habich.*
4. Mathematik, Gymnasiallehrer *Kühne.*
5. Italienisch, Gymnasiallehrer *Regel.*

Nachmittags von 2 bis 5 Uhr.

Quarta.

1. Religionslehre, Gymnasiallehrer *Bertram.*
2. Lateinisch, Gymnasiallehrer *Regel.*
3. Rechnen, Gymnasiallehrer *Kühne.*
4. Französisch, Dr. *Matthes.*
5. Geographie, Gymnasiallehrer *Bertram.*

Dienstag, den 23. März.

Vormittags von 8 bis 11 Uhr.

Secunda.

1. Religionslehre, Hofrath *Schulze.*
2. Lateinisch, Professor *Habich.*
3. Arithmetik, Gymnasiallehrer *Kühne.*
4. Griechisch, Gymnasiallehrer *Schneider.*
5. Geographie, Gymnasiallehrer *Bertram.*

Nachmittags von 2 bis $4\frac{1}{2}$ Uhr.

Tertia.

1. Lateinisch, Gymnasiallehrer *Berger.*
2. Geschichte, Hofrath *Schulze.*
3. Griech. Grammatik, Gymnasiallehrer *Berger.*
4. Rechnen, Gymnasiallehrer *Kühne.*

Mittwoch, den 24. März.

Vormittags von 8 bis 11½ Uhr.

Prima.

1. Hebräisch, Professor *Habich*.
2. Lateinisch, Professor *Wüstemann*.
3. Geschichte, Hofrath *Schulze*.
4. Griechisch, Gymnasiallehrer *Schneider*.
5. Geometrie, Gymnasiallehrer *Kühne*.
6. Französisch, Professor *Millenet*.

Donnerstag, den 25. März.

Vormittags von 8 bis 10½ Uhr.

Quinta.

1. Religionslehre, Gymnasiallehrer *Giese*.
2. Deutsche und lateinische Grammatik, derselbe.
3. Französisch, Dr. *Matthes*.
4. Rechnen, Gymnasiallehrer *Giese*.
5. Geographie, derselbe.

---

11 Uhr. Versetzung und Censurvertheilung für sämmtliche Classen.

Zur geneigten Theilnahme an diesen Prüfungen ladet die hohen Behörden, so wie die Eltern der Zöglinge und alle Gönner und Freunde der Anstalt geziemend ein

das Lehrercollegium.